


Lunae die 12° m. Maii a° 1986°
a.d. IV Idus Maias MCMLXXXVI



EUROPAEA FOLIA SEXIES IN ANNO LATINE EDITA

Editrix responsalis: Diana LICOPPE - Avenue de Tervueren, 76-Tervurenlaan -1040 BRUXELLIS
Tel: 02/7345542

Redactrices: Francisca DERAERDT et Diane LICOPPE

"RUDENTIS" NARRATIO DEPICTA

Nobis maximo gaudio est nuntiare comoediam Plautinam "RUDENTEM" a proximo MELISSEAE numero in modum hodiernarum narrationum depictarum exhibitum iri binis paginibus in singulis fasciculis.

Excerpta textus Plautini originalis, quae cum graphidibus exhibebuntur, elit Diana Licoppe.

In graphidibus, personae habitu vultuque similes erunt actoribus qui partes agunt in "Rudentis" pellicula cinematographica. Loca vero, ubi res agentur, non erunt eadem; nam, ad pelliculam conficiendam, partes necessario actae sunt ad litus maris septentrionalis; Cyrenaicae autem Hellenisticae aspectus facilius exhiberi poterit lineamentis.

Sollertem iuvenem artificem invenimus, qui scaenas lineamentis libenter describit. Hunc novum cooperatorem, cui nomen Philippus VERHEYDEN, paucis verbis apud lectores introducemos. Septem decim annos natus, discipulus est in "Instituto Nostrae Dominae" in suburbio Bruxellensi Anderlecht sito. Ibi, in regione Latina-Mathematica, secundariorum studiorum annum ultimum perficit. Iam diu valde amat delineare; amator etiam est artis cinematographicae et musicae. Ad corpus exercendum birota libenter vehitur. Ante duos annos incepit artem sculpturae scholis vespertinis discere, monente professore Florio Giacometto. Post studia secundaria peracta bellis artibus se dedere cupit; graphidis artem per quinque annos in "Instituto Cameracensi" discere in animo habet. Id studet ut suum negotium fiat narrationes depingere. "Rudentis" narratio picta eius primum erit opus.

Ruddens



VEF 86.

**QUOMODO NOMINA VIARUM ET
AEDIFICIORUM URBIS CADOMI
ACTA DUCIS GUILHELMI ET UXORIS MATHILDAE
PATEFACIANT.**

Haec verba scripsit David Jourdan, discipulus qui in gymnasio Malherensi (vulgo "Malherbe"), in urbe Cadomo, versatur.

Pars altera.

Anno millesimo quadragesimo septimo

Via proelii apud Valesdunas (vulgo "rue Val-ès-Dunes") :

Apud Valesdunas, prope Cadomum, acriter pugnatum est. Ibi enim dux Guilhelmus Normannos vicit qui ipsum ex imperio deponere vellent.

Anno millesimo sexagesimo sexto

Via proelii Senlacii (vulgo "rue de Hastings") :

In colle "Senlac", in Anglia, ubi urbs Hastingus aedificata est, millesimo sexagesimo sexto, Guilhelmus Haroldum vicit.

Via Lanfranci (vulgo "rue Lanfranc") :

Lanfrancus Paviae natus in Normanniam venit, ubi fuit abbas coenobii vulgo "Le Bec Helloin" appellati. Inde a Guilhelmo Primus Cantuariensis (vulgo "de Canterbury") archiepiscopus factus est.

Fortasse numquam ...

Frigida via (vulgo "rue Froide") :

Iratus quia audiverat uxorem sibi infidam fuisse, Guilhelmus Mathildam capillis per vias Cadomi traxit. Cum Mathilda horrens reperet, "O viam, inquit, frigidam!". Itaque via qua iter tunc faciebat "frigidam" appellata est.



DE PROSERPINAE RAPTU.

Deus Saturnus tres filios habuit : Iovem, Neptunium et Plutonem. Eius regno finito, illi tres fratres imperium inter se dividerunt. Iupiter caelum, Neptunius Mare, Pluto inferos accepit. In inferis magnam potestatem habebat : ei erant et tronus solemnis, et pulchrum sceptrum, et currus quattuor equis vectus. Permulti obnoxii - semper plures - sub eius imperio erant. Custos fidelis eum servabat : Cerberus, ille canis incorruptibilis tribus capitibus.


Sed tamen Pluto felix esse non poterat, quia solus vivebat. Iam diu sperabat se uxorem inventurum esse. Ad Olympum saepe ibat ut alicui deae placeret eamque in matrimonium duceret. Sed deae eum ridebant, neque ulla volebat cum eo in inferis vivere. Tunc mortales mulieres alicere voluit. Sed mulieribus vita, ver, saltationes, flores magis placebant. Quis cum inferorum deo vivere voluisset?

Desperatione affectus, Pluto raptum facere statuit. Aliquando in terram venit. Cum eum vident, omnes mulieres perterritae statim aufugint. Sed una ex eis, quae parum celeriter currit, a deo rapitur.

Erat Proserpina, amatissima deae Cereris filia. Quam postea Ceres non iam videns quaeasit : "Ubi est filia mea? Quid accidit?" Nemo ullam rem vidi, praeter nympham Arethusam, quae Plutonem virginem ducentem conspexit. Fortasse illa puella Proserpina erat? Statim Ceres, quae Plutonis soror est, ad inferos descendit oratque ut filiam reddat. Pluto negat. Maestissima Ceres, hac re audita, ad Iovem currit et ad eius pedes se proiicit. Ille deus omnipotens ei benevolentiam praestat pactionemque proponit : Proserpina poterit dimidiam partem anni cum matre, dimidiam cum marito terere.

Itaque Proserpina per sex menses caritate materna, per sex menses amore coniugali fructa est. Quomodo felicior esse potes?

LUDUS A Cantalia MIDOL compositus.



TRANSVERSE.

1. Princeps qui equum suum multum amabat atque cum eo nocte ante cursum dormiebat.
2. Populus malam pugnam pollice ... significabat.
... in spina frigida erat.
3. ... in circo fiebant.
4. ... caput mundi.
5. In medio circo, longissima
Romani eos in amphitheatro spectare poterant.
6. Cum eam mittebat, magistratus signum cursus dabat.
Permulti erant apud Romanos Nonnulli erant gladiatores.
7. Loca in quibus quadrigae signum cursus exspectabant.
8. Ensis lignarius a principe ad missionem gladiatori data.

PERPENDICULARITER.

9. Cum te saluto, possum hoc dicere.
10. Romani eos laudabant.
11. ... anxius est in imperio.
12. ... Septem erant in spina, evocabant claros gemellos.
13. Ducebatur a quattuor equis.
Saepe causa naufragii dueae erant (in circo).
14. Ludos parabant
15. Romani eum optabant.
16. Currum trahebant. Quattuor erant.
17. Colores qui studia et sponsiones movebant.
18. Romani id cum aqua bibebant.